

29\* Aquileiae in domo quadam privata, litteris aereis scalpturatis.

d. m. | c. m. milesius qui | uixit annos lxxii | menses iiii dies xui | sibi et suis fecit

Donius cod. Barb. XXXIV 73 p. 267; vidit et descripsit Claudius Franc. Grata Lotharingus.

30\* Apuleiae apud Ioannem Fabrum.

seruilius firminus p. f | et hilara firmina c. f | sibi et suis fecerunt

Donius cod. Barb. XXXIV 73 p. 260; descripsit Grata.

31\* Aquileiae in domo Vincentii Spinelli.

d. m. s | sulpicio aruntio | sulpicius frater | et sibi fecit

Donius cod. Barb. XXXIV 73 p. 260; descripsit Cl. F. Grata.

32\* inter Aquileienses.

|       |                            |      |
|-------|----------------------------|------|
|       | LVCVM                      |      |
| DITI  | MACERIAM · ARAS            | ERAE |
| PATRI | MOLEM · EDILIA             | SACR |
| SACR  | Q · CERFONIVS              |      |
| 5     | CHRISEROS                  |      |
|       | AC · C · COS · IIIPI · VIR |      |
|       | FLORENTIA                  |      |
|       | FECIT                      |      |

Pirona ex collectaneis antiquis.

3 EDILIA traditur. — Fortasse genuina; nam alibi quoque (Henzen n. 6531) nominatur *accensus consuli, Augustalis Puteolis et Venafri*, nec *erae* nomen Proserpinae non convenit. Sed eiusmodi inscriptio certum auctorem desiderat.

33\* sopra il portone della Rocca Bernarda nelle pertinenze della Badia di Rosazzo BERT.

|          |        |           |
|----------|--------|-----------|
| papavera | MANIAE | poma gra- |
|          | DEAE   | nata      |

Bertoli p. 424 n. 620 (inde Mur. 1983, 9; Orelli 2025); Zuccolo delineavit.

Extare titulum constat utpote a Zuccolo delineatum, sed ficticium puto similisque originis ac n. 56\* Rubiginis. Ex Valvasonianis schedis haec affert Zambaldi Conc. p. 314: *'Era opinione di Nardino Celinate, che il castello di Maniago sia stato fabbricato con le rovine della città di Celina e che avesse preso il nome della dea Mania, il cui tempio era stato nella vicina villa di Fanna.'* Mania dea venit ex Macrobio sat. 1, 7, 35, ubi quod narratur eius effigiem pro foribus suspensam periculum avertere, haud scio an coniunctum sit cum huius lapidis origine.

34\* Aquileiae rep. 1805 una cum titulis Cautipatis n. 763, 765.

M · CAPONIVS · FELIX  
DITI · PATRI  
ex IMPERIO

Labus *epigr. scop. in Egitto* p. 15 (inde Orelli 1469), *annali dell' Istituto* 1846 p. 273; habuit ab Asquinio. Haec et duae sequentes cum verae esse possint, tamen certiore auctorem desiderant quam est Asquinus.

1 C · COPONIVS Labus ann.

35\* Aquileiae rep. 1805 cum titulis Cautipatis.

DITI  
PATRI  
SACR  
FESTA  
5 Q · C · C  
V · S

Labus *annali dell' Istituto* 1846 p. 273 sine dubio ab Asquinio.

36\* Aquileiae rep. a. 1805 una cum titulis Cautipatis.

D · P · D · M  
VRBANVS  
XX · LIBERT

Labus *epigr. scop. in Egitto* (1826) p. 15 (inde Orelli 1470) et *annali dell' Istituto* 1846 p. 273 ab Asquinio.

37\* Aquileiae rep. 1805 cum titulis Cautipatis.

FATIS · AVG  
SAC  
Q · BABIENVVS  
PROCVLVS  
5 CVM · SVIS  
V · S · L · M

Labus *ant. mon. scop. in Brescia* (1823) p. 110 (inde Orell. 1775) et *annali dell' Inst.* 1846 p. 273 ab Hier. Asquinio.

3 BAIENVVS, 6 V · S (om. L · M) Labus ann.

Haec per se genuina esse potest, sed non minus facile conflata esse ex titulis sinceris etiam ab Asquinio relatis n. 763, 775.

38\* Aquileiae inter rudera monasterii monialium.

C · ALBIVS · C · L  
METREDOS  
M · M · D

Asquini ms. apud Pironam.

Non caret suspicione cum propter auctorem tum propter cognomen METREDOS (METRIDAS Pirona syll. ex em.), si titulus verus est, certe corruptum.

39\* Monasterii rep. 1788.

CF ET TA VRISCOS C  
IS COACTOS M  
O QVINEIS QVA  
SIGNEIS CONSTI  
5 FECIT TRIVMP  
TAVRIS

Asquini apud Gravisium *Illirico Forogiuliese* 1789 p. 77, 88; Moschettini ms. indeque Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 48 (1829) p. 87 (inde Henzen 5257).

1 in. C om., 2 in. IS, 3 in. Q, 6 CIAFI R TI Mosch.

40\* Aquileiae inter lapides repertos a. 1788

SCHED. PIR. *Trovata in Aquileia in uno scavo molto profondo fatto per tener dietro ad un grande muraglione tutto di pietre quadrate CORTENOVIS* (vide infra). Vindobonae extare ait KANDLER errore.

C · VERATIO · C · F · VEL  
ITALO · AQVILEIENSI  
IIIPI · VIR · QVINQ · PONT  
EQVIT · PRAEF · CLAS  
5 PRAEF · COH · I · DELMATAR  
CVR · VIAR · PRAEF · ALIMENT  
LEG · PROV · AFRICAE  
CVR · ILLYR · ET · HISTRIAE  
PATRONO · COLONIAR  
10 CONCORD · ET · ALTINAT  
COLLEG · FABR · CENTONAR  
DENDROPHOR · NAVICVLAR  
ET · PLEBS · VRBANA  
OB · MERITA · EIVS  
15 EX · AERE · CONLATO  
DECR · DEC  
PVBLICE

Anonymus Pironae in schedis a. 1788 n. 6; Cortenovis ms. p. 96, qui misit Marinio in epistula scripta Udine 30 Iul. 1788 (cod. Vat. 9046 f. 164; inde Marini Arv. p. 159; ex hoc Orelli 4082); Coletus ms.; Carli 2, 327, 3, 43, cui misit Hieron. Gravisi; Asquini apud Gravisium *Illirico Forogiuliese* (1789) p. III. 80. Ab his Kandler *iscr. dell' Istria* n. 1.

4 CLASS Cort. Pir. — 8 ILLIR Cort., ILLIR Pir. Carli.

Titulus, qui iure torsit Borghesium Henzenumque (v. ann. inst. arch. 1849 p. 222), si quid video fictus referendus est omnino ad Asquinium. Nam Cortenovius in sylloge ita proponit, quasi titulum ab amico acceperit magis quam ipse de lapide exceperit, idemque confirmant quae de eo scripsit ad Marinium Udine 30 Iul. 1788, mittens simul exempla huiusce tituli et n. 930: *Ieri... arrivai in Udine... Subito arrivato ho cercato conto delle iscrizioni di nuovo scoperte in Aquileja. Ne ho avute varie copie, ma poco esatte... mi dicono che si sono trovate in uno scavo molto profondo fatto per tener dietro ad un grande muraglione tutto di pietre quadrate. Gliene trascrivo qui due, che mi sembrano meglio delle altre trascritte... Causa fraudis fuit controversia eo tempore agitata, provincia Foroiulensis utrum Illyrici pars esset an Italiae; produnt autem fraudem complura indicia, ut illud C · F · VEL · ITALO translatum ex titulo n. 875; sevir idem ordinis equestris primarius homo; legati provinciae Africae munus senatorium insertum inter equestris; equitum v. 4 absolute positum sine praefecto; praefectus cohortis primae pro tribuno; Altinum colonia, cum sit municipium; omnium maxime autem portentum illud curae Illyrici et Histriae.*